



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Edmundus Arousmit hæus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

P. Edmundus Arousmithaus

Huius doctrina hæreticis silentium sæpè imposuit. Captus, in ipso carcere vnum conuertit. Scripto illi obiectum, quòd Sacerdos, quòd Iesuita, quòd seductor esset; quippe qui dixerit: Extra Romanam Ecclesiam neminem saluum fore. Duo testes adfuère qui eum sibi Catholicæ fidei amplectendæ authorem fuisse ac suasorem testati sunt. Ideò capitis damnatus, raptari, suspendi, & in frustra secari iussus est. Ter in scalis flectens genua: *Dulcissime IESV, inquit, tibi vitam hanc meam in meorum satisfactionem peccatorum ultrò deuoueo. Tum ei quem in mortis temporibus sibi futurum conscripserat libello legendo intentus,*

Anglus.
Lancastrie.
7. Sept.
1628.
ætat. 43.
Soc. 5.

Fides.

Mors.

M 2 pre-

precabatur : & à Prædicante
 (vt vocant) seu concionali
 hæreseos ministro , ad hære-
 sim inuitatus , illicque seuerè
 respondens , Catholicos ad
 magnanimam perseuerantiã
 hortabatur . Cæsus, Ambro-
 sio Barlo ord. S. Benedicti re-
 ligioso Sacerdoti , earum-
 quæ agebantur rerum incon-
 scio, adeòque absentis, postri-
 die spectabilis adfuit , & di-
 sertè dixit, *quàm benè secum*
esset actum Lancastriæ. Ea-
 dem illum manere ibidem :
 pergeret porrò , satageret
 pro fide Catholica . id quod
 factum , Ambrosio pari mor-
 tis gloriã Edmundum secuto
 ibidem 20. Septembris an-
 no 1641. Fama est , idem
 ab Edmundo eidem prædi-
 ctum Lancastriæ in carce-
 re , cùm istic Edmundum

Disce à
mortuo.

Am-

Ambrosius extremum inui-
feret.

P. Melchior Grodecius.

Hic una cum P. Stephano
inter Apostolicos labores
versatus Cassouia, pari cum
illo morte à Deo est postri-
die honoratus. Sicariorum,
sive carnificum, vnus, cum
asperam Patrum Stephani,
& Melchioris sanguine suam
vestem arte nullâ posset elue-
re, aliam induit: verum &
in illa, non secus ac in ea
quam exuerat, cruenta san-
guinis maculae conspectae
sunt, quicquid illam perlue-
ret.

*Silesius.
Cassouia
8. Sept.
1619.
etat. 35.
Soc. 16.*

Sanguis.

*P. Carolus Spinola, seu Iose-
phus à Cruce, cum octo socijs.*

Heros hic fuit illustrissimi
sanguinis, & virtutis. In
Lusitanico itinere ab hæreti-
cis Anglis captiuus abuectus

*Italus.
Nangasa-
chi.
10. Sept.
1622.
etat. 58.
Soc. 37.*